



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

[65. Utrum autem Collegium in suum Decanum possit iurisdictionem
aliquam exercere, dabitur.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Q U A E S T I O L X I V .

Jurisdic. competens Decano, an privativè vel cumulativè competat?

S U M M A R I U M .

1. Jurisdic. competens Decano, Ordinarium ab exercitio sua Jurisdictionis non excludit.
 2. Jurisdic. accumulativè data, nullam habet incompatibilitatem.
- R**espondetur, quod Jurisdic. competens Decano, Ordinarium, & alios quibus privilegio, consuetudine, praescriptione Jurisdic. competet, ab exercitio sua Jurisdictionis non excludit. *Bursar. Conf. 391. Et seqq. Covar. c. alma mater §. fin. n. 3. p. 1. de sent. excom. Joannes Faber §. retinenda n. 19. vers. si vero omnia ista essent. Inst. de Interdictis. Menoch. de Ret. poss. Rem. 3. n. 756. dec. part. 2. late Rom. conf. 393. Quid etiam extendo ad ea, quae silentium in choro, &c. ut paucis multa complectar, ad cetera quae cultum divinum concernunt. *Arce. Conf. 102. numero 3. Bursar. d. conf. 391. num. 27. vers. nec quartum.* Hac enim in Jurisdictionis accumulatione nulla nascitur incompatibilitas, *Riminald. §. 1. numero 181. Et seqq. Inst. de donat. Bursar. d. Conf. 391. num. 26. Farin. dec. 534. numero 2. Et 3. part. 2. idque in judicio possessorio; licet verum si in Judicio petitorio de Jurisdictione cuiuspiam privativè competente conlatur. *Far. d. dec. 534. nu. 4.* Interim, omnes pendente possessorio Judicio, Jurisdictionem hanc quae incompatibilis non est, poterunt exercere, *Farin. d. Dec. 534. per tot. Ignorant* verò Decanus, propter adfidentiam juris communis, quae stat pro eo, qui ut prima dignitate fruens & quasi caput Capituli alii praeminet. *Pruem. dec. 210. nu. 2. h. 3. Rota Dec. 4. nu. 1. de elect. in novis Concil. Basiliens. sess. 21. tit. quomodo officium in Ecclesia sit celebrandum §. si quis Principem. Farin. d. loco. à qua quaestione aliena non sunt quae superius à nobis scripta sunt h. 2. qu. 47.***

Q U A E S T I O L X V .

Utrum autem Collegium in suum Decanum possit jurisdictionem aliquam exercere, dubitatur.

Posse refert Joannes Papon. in *Arestis Francia h. 1. c. 3. Arresto 4.* Confirmatque arrestum auctoritate Panormitani *c. irrefragab. §. Excessus de offi. ord. quem videto*

Q U A E S T I O L X V I .

Quid si Ecclesia quaequam Decano careat?

S U M M A R I U M .

1. Antiquior in ordine, absente Decano, vel nullo existente, Decani officio fungitur.
- A**ntiquior ordine Decani officio fungetur, ut & vice versa Decanus officio eorum qui gradu ipsi inferiores sunt, v. g. Archidiaconorum, Archipresbyterorum, atque ita reliquorum. *Rota dec. 4. post. Princip. de elect. in Novis. Francis. Marcus dec. 13. 67. n. 5. part. 1. Card. Conf. 62. n. 1. Farin. dec. 634. n. 4. Et 5. part. 2. & proinde Decanus in eorum absentium locum succedens, ut & ceteri in locum Decani, illorum*

jure